

teneantur accipere salem et sustinere onus salis cum ipsa plebe seu cum comuni dicti burgi de Roxate an non, et utrum predicti homines habitantes in dicta curte teneantur sustinere alia onera cum predicta plebe seu cum comuni dicti burgi de Roxate an non.

Ego Beltramus Arochus notarius iusu suprascripti iudicis et de voluntate partium subscripsi^c.

5

^a Segue parola cancellata. ^b terra de Baxiliano su correzione. ^c Segue, sotto: Imperiales VIII.

DCLXX.

1295 novembre 24, giovedì

Alla presenza di Bonifacio de Rasuribus giudice e assessore del podestà di Milano Francesco de Meda servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto dell'assessore a seguito petizione del monastero di Chiaravalle, nei luoghi di Moirago, Assago e Grancino per ordinare la chiusura dei fossati che danneggiavano il flusso delle acque dell'Olona ai mulini del monastero stesso. 10

Il giorno successivo l'assessore conferma il precetto.

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 325, tav. 14, n. 140 (B). 15

MCCLXXXV, die iovis vigesimo quarto die novembris, indictione nona. Coram domino^a Bonifatio de Rasuribus iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Franciscus de Meda servitor comunis Mediolani se, precepto dicti iudicis ad petitionem domini abbatis et monachorum et capituli et conventus monasterii Caravallis, die lune proxime preterito ivisse^b ad infradictas partes^c et precepisse Iacobo Zurle et Panollo filio eius de loco Moirago et Iacobo Raspe et magistro Mulinario de Axago et Martino Campario de loco Axago et Trentino de la Cruce de loco Agrazino et ad proprias domos habitacionis eorum et cuiuslibet eorum ut per sacramentum et sub penna^d et banno librarum ducentum tertiorum pro quolibet eorum et plurium ad voluntatem [suprascripti assessoris] incontinenti et presente ipso servitore stopent vel stopari^a fatiant omnia fossata per que derivaretur aqua de flumine Holone in preiudicium dicti monasterii et molandinarum dicti monasterii et quod de cetero illam aquam derivare non debeant per illa fossata nec per alia fossata et quod aliqua fossata vel aliquod opus vel laborerium non fatiant nec fieri fatiant cominus^d dicta aqua ipsius fluminis Holone fluet vel fluere possit ad molandina dicti monasterii iacentia et existentia in locis de Vicomaiori et de Setezano. 20

Item retulit precepisse predictus servitor ad suprascriptam petitionem, precepto dicti iudicis, predictis superius nominatis ut venire deberent ad fatiendum deffensionem ad terminum ordinatum per servitorem de eo quod fecerunt contra preceptum olim sibi factum ex parte domini Rofini de Picolinis iudicis et assessoris domini capitani^d populi Mediolani; quod preceptum fuit firmatum contra eos quoniam nulus fuit ad contradicendum tunc; et dedisse terminum ipse servitor predictis superius nominatis et cuilibet alii volenti contradicere essendi et comparendi coram ipso iudice ad contradicendum et ad fatiendum suam deffensionem de predictis die iovis suprascripto, alioquin ipse iudex procederet contra eos tam in condempnando quam aliter, eorum absentia vel alicuius eorum^e non obstante. 25

Postea vero, die sequenti predictus iudex confirmavit et corroboravit predictum 30

preceptum factum ex parte dicti iudicis ad petitionem dicti monasterii Caravalis per predictum servitorem predictis Iacobo Zurle et Panollo filio eius et Iacobo Raspe et magistro Mulinario de loco Axago et Martino Campario et Trentino de la Cruce, et ad domos habitationis eorum et cuiuslibet eorum; et hoc quoniam non comparuerunt ad contradicendum nec aliquis pro eo; et hoc ad petitionem Mirani de Bernate scindici dicti monasterii Caravalis.

Ego Bellinus de Dugniano notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno est.

^a Segue parola cancellata. ^b ivisse manca in B. ^c ad-partes nell'interlinea. ^d Così in B.
10 ^e eorum nell'interlinea.

DCLXXI.

1295 dicembre 1, giovedì

Scotto de Sancto Zimignano giudice, assessore e vicario del capitano del popolo di Milano affida al giurisperito Cabrio de Fara l'esame della questione vertente fra la pieve di Locate e Vione grangia del monastero di Chiaravalle.

Notaio Gerardino de Girardis, del capitano del popolo.

Citato in atto del comune del 1295 dicembre 16: v. doc. n. DCLXXIII.

DCLXXII.

1295 dicembre 9, venerdì

20 Lanfranco de Vaprio console di giustizia di Milano concede al notaio Zangino Rogiadi di Milano di redigere in pubblica forma dalle imbreviature del defunto notaio Obizone de Zongeda.

Notaio Pasino de Novate.

25 Citato nella sottoscrizione del notaio a due atti, entrambi del 1247 marzo 19, sulla stessa pergamena, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Apollinare, cart. 359, n. 58.

Si pubblica la sottoscrizione del notaio.

(ST) Ego Zanginus filius Iohannis Rogiadi civitatis Mediolani, porte Horientalis, contrate Sancte Marie ad Passarellam, notarius, cui commissa est facultas per dominum Lafrancum de Vaprio consulem iustitie Mediolani explendi omnia instrumenta olim tradita et imbriviata per condam Obizonem de Zongeda notarium, ab imbreviaturis eius, que sunt pennes^a dominam Guardabellam filiam dicti condam Obizonis et uxorem nunc Suzonis de Cambiagio qui stat subtus Cohopertum, iuxta ecclesiam Sancte Marie Maioris Mediolani, ut constat per publicum instrumentum factum millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, die veneris nono die decembris, per Paxinum de Novate notarium, predictum instrumentum explevi ab ipsis imbreviaturis dicti condam Obizonis et secundum quod in eis plenius continebatur, et hoc ad petitionem domine abbatisse, monialium et capituli monasterii Sancti Apollinaris Mediolani.

^a Così nel testo.

Vicomaiori et de Setezano, et hoc sub penna^a et banno librarum CC tertiorum et plurium ad voluntatem ipsius assessoris; et hoc incontinenti et presente ipso servitore si facta sunt contra formam consuetam. Item retulit ipse servitor precipisse^a predictis superius nominatis ut venire debeant coram ipso iudice ad faciendum suam deffensionem de eo quod contra precepta predecessorum dicti iudicis fecerunt et de eo quod non observaverunt precepta predecessorum ipsius iudicis; et si quis volebat contradicere, compareret coram ipso iudice; et dedisse eis et cuilibet eorum terminum die sabati proxime preterita alioquin dictus iudex eos condempnavit et contra eos et quemlibet eorum procederet tam in condempnando quam aliter, prout ipsi videbitur de iure faciendum.

Ego Iacobinus Montenarius notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno posui.

^a Così in B.

DCLXXXIII.

1296 agosto 4, sabato

Francesco de Ansaldis giudice e assessore del podestà di Milano ordina a Francino de Medda servitore del comune di recarsi, a seguito petizione del monastero di Chiaravalle, in Rozzano per ordinare ai fratelli de Lombardis e a Revello de Viliono la chiusura dei fossati che danneggiavano il flusso delle acque dell'Olona ai mulini del monastero.

Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 325, tav. 14, n. 140 (A).

In nomine Domini. MCCLXXXVI, die sabati quarto augusti. Precepit dominus Francischus de Ansaldis iudex et assessor potestatis Mediolani Francino de Medda servitori comunis Mediolani quatenus, ad petitionem abbatis, monachorum et capituli et conventus monasterii Caravali, vadat ad infrascriptas partes et precipiat Mirano et Mainfredo fratribus de Lombardis de loco Rozano et Revello de Viliono ut stopent et stopare fatiant omnia fossata per que derivaretur aqua de flumine Ollone in preiudicium dicti monasterii et mollandinorum dicti monasterii et quod de cetero illam aquam derivare non debeant per illa fossata et per alia fossata et quod aliqua^a fossata vel aliquod opus vel laborerium non fatiant nec fieri fatiant quominus illa aqua dicti fluminis Ollone fluet vel fluere possit ad mollandina dicti monasterii, iacentia et existentia in locis de Vicomaiori et de Setezano; et hoc sub penna^b et banno librarum CC tertiorum et plurium ad voluntatem ipsius assessoris; et hoc incontinenti et presente ipso servitore si facta sunt contra formam consuetam; et si quis voluerit contradicere, compareat coram dicto iudice ad terminum statutum per servitorem.

Ego Iacobinus Montenarius notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi et signavi suprascripto servitori suprascripto anno et die.

^a Segue parola cancellata. ^b Così in A.

DCLXXXIV.

1296 agosto 7, martedì

5 Alla presenza di Francesco de Ansaldis giudice e assessore del podestà di Milano Francino de Medda servitore del comune riferisce di essersi recato a Rozzano per rendere operativo il precetto del 4 agosto.

Copia autentica coeva, di seguito all'atto precedente (B).

10 MCCLXXXVI, die martis VII augusti, indictione VIII. Coram domino Francischo de Ansaldis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Francinus de Medda servitor comunis Mediolani se, precepto dicti iudicis ad petitionem abbatis, monachorum, capituli et conventus monasterii Caravallis, ivisse die dominico proxime preterita ad infradictas partes et precipisse^a Mirano et Mainfredo fratribus de Lombardis de loco Rozano et Revello de Viliono^b ut stopent et stopari fatiant omnia fossata per que derivaretur aqua de flumine Ollone in preiudicium dicti monasterii et mollandinorum dicti monasterii et quod de cetero illam aquam derivare non debeant per illa fossata nec per
15 alia fossata et quod aliqua fossata vel laborerium non fatiant nec fieri fatiant quominus illa aqua dicti fluminis Ollone fluet vel fluere possit ad mollandina dicti monasterii iacentia et existentia in locis de Vicomaio et de Setezano; et hoc sub pena et banno librarum CC tertiorum et plurium ad voluntatem ipsius assessoris; et hoc incontinenti et presente ipso servitore si facta sunt contra formam consuetam; et si aliquis volebat
20 contradicere, quod comparere deberet coram dicto iudice; et dedisse eis terminum die lune proxime preterito.

Ego Iacobinus Montenarius notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno posui.

^a Così in B. ^b et-Viliono nell'interlinea.

25

DCLXXXV.

1296 agosto 11, sabato

30 Alla presenza di Zanazo de Salinbene podestà di Milano e di Francesco de Ansaldis suo giudice e assessore Pasino de Merate servitore del comune riferisce di essersi recato, su ordine degli stessi a seguito petizione della chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano, nel borgo di Vimercate per sistemare alcune questioni relative a terre di cui la detta chiesa aveva avuto il possesso feudale e corporale contro Corrado de Cixinusgio.

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 53 (B).

Reg.: A. GRECO, *Note storiche ...*, in ACME, fasc. I-III, p. 98.

35 MCCLXXXVI, die sabbati XI agusti, indictione VIII. Coram domino Zanazo de Salinbene potestate Mediolani et coram domino Francischo de Ansaldis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit et dixit Paxinus de Merate servitor comunis Mediolani se die martis VII die agusti ivisse, de precepto suprascriptorum dominorum potestatis et iudicis eius ad petitionem domini prepositi et capituli ecclesie Sancti Georgi in

DCLXXXVIII.

1296 agosto 23, giovedì

Alla presenza di Manfredo de Ardengis giudice e assessore del podestà di Milano Grazio de Aplano servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto dell'assessore a seguito richiesta della chiesa di S. Lorenzo Maggiore di Milano, presso alcune persone che abitavano in porta Tosa, nelle case della chiesa, e di aver ordinato loro di lasciare dette case oppure di recarsi dal preposito per riceverne l'investitura. 5

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Lorenzo Maggiore, cart. 433, s. n. (B).

In nomine Domini. MCCLXXXVI, die iovis XXIII die augusti. Coram domino Mainfredo de Ardengis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Gratius de Aplano servitor comunis Mediolani se, precepto dicti iudicis ad petitionem prepositi et capituli ecclesie Sancti Laurentii Maioris Mediolani, ivisse die mercurii proxima preterita ad domos habitationum Cunradi de Pantiliate et Martini de Canzio, Ambrosii de Landriano et Iacobi de Corne^a et Petri Zanoti et Balzari et Iacobi fratrum qui dicuntur^b de Linate et Alberti Beze et Salii de Linate et Cabrii de Trochazano et Muzii de Creno et Stephani et Petri qui dicuntur de Paule pensionantum dictorum prepositi et capituli, qui omnes habitant in porta Tonsa, in parrochia Sancti Stephani in Brolio, in domibus dictorum prepositi et capituli, et precipisse^c eis et cuilibet eorum sub banno ad voluntatem dicti iudicis vacuarent et spatiarent et vacuatas et spatiatas dimitterent ipsis preposito et capitulo domos ipsorum prepositi et capituli, in quibus habitant, aut venirent ad recipiendum et reciperent investituram de ipsis domibus a predictis preposito et capitulo ut eos^d recognoscat pro dominis; et, si volebant contradicere, venirent coram dicto iudice die mercurii proxima preterita. 20

Ego^d Iacobus Guillielmeti notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi. 25

^a Così in B. ^b Segue dicuntur ripetuto e Linate cancellato. ^c Così in B, segue parola cancellata. ^d Segue parola cancellata.

DCLXXXIX.

1296 settembre 6, giovedì

Alla presenza di Giovanni de Iullianis giudice e assessore del podestà di Milano Mussa de Fagniano servitore del comune riferisce di essersi recato a Gorla Minore e a Solbiate Olona per ordinare quanto richiesto dall'assessore con precetto del 22 agosto. 30

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, S. Lorenzo, cart. 261, s. n. (B).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 10, p. 74, n. 292. 35

In nomine Domini. MCCLXXXVI, die iovis^a VI septembris, indictione decima. Coram domino Iohane de Iullianis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Mussa de Fagniano servitor comunis Mediolani se die iovis XXIII augusti ex parte dicti assessoris fecisse infrascriptum preceptum. Cuius tenor talis est^b. In nomine Domini. Prece- 40

pit dominus Iohanes de Iullianis iudex et assessor potestatis Mediolani Musse de Fagniano sive Gilberto de Montebello servitoribus comunis Mediolani ad petitionem prepositi et capituli ecclesie Sancti Laurentii Maioris^c Mediolani, eorum nomine et nomine capituli dicte ecclesie, ut vadat ad locum de Gorla Minori et precipiat Dominico Pavaro mullinario qui habitat in eo loco per sacramentum et sub banno de libris D tertiorum
 5 ut incontinenti, presente dicto servitore, reducat seu reduci fatiat in pristinum statum nerville mollandini quod fuit illorum de Maloperis iacentis in flumine Ollone, in territorio loci de Gorla Maiori, ubi dicitur ad Fontanam, iuxta mollandinum dicte canonice Sancti Laurentii, quod nerville dicitur factum esse magis bassum quam consueverat in
 10 prejudicium mollandini dicte canonice Sancti Laurentii; et item ut reducat seu reduci fatiat in pristinum statum portas seu buchas canallium dicti mollandini quas dictus Dominicus fecit seu fieri fecit ampliores quam solite sunt in prejudicium dicti mollandini dicte canonice Sancti Laurentii, et item ut reducat seu reduci fatiat in pristinum statum ruziam dicti mollandini, quam ipse Dominicus fecit seu fieri fecit ampliore quam
 15 consuevit esse in prejudicium dicti mollandini dicte canonice Sancti Laurentii; et item ut reducat seu reduci fatiat in pristinum statum omne opus quod fecisset seu fieri fecisset in prejudicium dicti^d mollandini dicte canonice Sancti Laurentii; et si in aliquo voluerit contradicere, compareat coram dicto iudice ad terminum ordinatum per ipsum servitorem. Terminus die secunda post causas collocatas. Ego Andriollus de Monte notarius
 20 pallatii comunis Mediolani signavi suprascripto servitori MCCLXXXVI, die mercurii XXII augusti. Regnia Tantius subscripsit. Item retulit dictus servitor se ex precepto dicti assessoris ad suprascriptam petitionem ivisse suprascripto die XXIII augusti ad locum de Solbiate Superiori, ad domum domine Anselme relicte quondam Guarnerii Martinoni, una cum Anselmo iudice et Redulfo de Piro consulibus illius loci et in ea domo
 25 sub una eius cassina invenisse centenaria VI feni valentis solidos V tertiorum pro centenario, quod erat Anselmi de Castilliono debitoris et banniti suprascripti prepositi et capituli, et illud fenum contestasse penes illos consules eorum nomine et comunis illius loci et illud comune ad suprascriptam petitionem; et eis consulibus suprascripto nomine precepisse ut sub penna^e et banno librarum C tertiorum illi comuni et librarum L tertiorum cuilibet illorum consulum illud fenum haberent et tenerent salvum penes se et
 30 illud comune ad suprascriptam petitionem; et dedisse terminum cuilibet volenti contradicere ad secundam diem post causas collocatas. Item retulit dictus servitor se ad suprascriptam petitionem requisisse dictum Anselmum de Castilliono et dedisse ei terminum suprascriptum.

35 Ego Iacobus Guillicioni notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno poxui et per me coram domino Francischo de Assaldis suprascripto anno et die.

^a iovis su correzione. ^b est manca in B. ^c Maioris nell'interlinea, di mano del notaio sottoscritto-re.
^d dicti su correzione; segue parola cancellata. ^e Così in B.

40

DCXC.

1296 settembre 11

Alla presenza di Gerardo Pinchillino notaio «ad banna» del comune di Milano Corrado de Cixinusculo si obbliga per il comune di Vimercate, a seguito bando del 21 agosto.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 55 (A).

(ST) In nomine Domini. MCCLXXXVI, die XI septembris, indictione X. Dominus Churadus filius quondam Iacobi de Cixinusgio, porte Horientalis, cavit^a obligando omnia sua bona pignori in manu mei notarii recipientis nomine et ad partem domini prepositi et capituli Sancti Georgi in Palatio pro Ambrosio Cagiallo vicario domini potestatis burgi de Vicomercato et pro comuni et oficialibus ipsius burgi et pro ipso comuni de dando ydoneum massarium ad laborandum pro ydoneo ficto illas perticas quadraginta septem^b et tabulas duodecim terre que continentur in quodam banno eis dato hoc anno, die martis XXI die agusti, indictione VIII, de precepto domini Zanazi de Salinbene potestatis Mediolani et domini Francischi eius iudicis, et hoc si de iure debuerit. Et inde et per omnia stetit fideiussor pro eo Guifredus Cartelata filius quondam ser Castelli porte Horientalis, parochie Sancte Marie ad Passarellam. Actum in palatio comunis Mediolani. Interfuerunt testes Salvus filius ser Ambrosii Cane porte Nove et Baldolus filius Festuzi Cane eiusdem porte et Otto notarius ad banna pallatii comunis Mediolani.

Ego Girardus Pinchillinus notarius ad banna pallatii comunis Mediolani ita tradidi et subscripsi.

(ST) Ego Albertus Spiciarius notarius de precepto suprascripti notarii scripsi^c.

^a cavit con segno abbreviativo. ^b septem nell'interlinea. ^c Così in A.

DCXCI.

1296 ottobre 16, martedì

Alla presenza di Scoto de Sancto Zemigniano giudice e vicario del capitano del popolo di Milano Pagano de Arconate servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto del giudice a seguito petizione degli incaricati del comune alla riscossione del dazio sul vino e sul frumento, nei luoghi delle pievi di Rosate, Parabiago, Cuvio e Legnano per ordinare il pagamento di detto dazio.

Copia semplice coeva da copia autentica, con macchie e scrittura dilavata per alcune righe, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Morimondo, cart. 691, n. 232 (C).

In nomine Domini. MCCLXXXVI, die martis XVI die octubris, indictione X. Coram domino Scoto de Sancto Zemigniano iudice et vicario domini capitanei populi Mediolani retulit Paganus de Arconate servitor comunis Mediolani se, de precepto dicti iudicis ad petitionem Belleti de Crivellis et Iacobi et Iohannis qui dicuntur Cavalerii sociorum habentium datum a comuni Mediolani de datio vini et formenti plebium de Rosate et de Parabiago et de Cuvio et curie de Legniano per hunc annum quod incepit in kallendis maii proxime preteritis et quod finire debet in kallendis maii proxime venientibus, ivisse ad ipsas et pro ipsas plebes et curiam et ad burga, loca, cassinas et molandina ipsarum plebium et curie et citasse et requisivisse^a omnes et singulos infrascriptos^b debentes ipsis sotiis pro datio vini et formenti ut supra, et eisdem precepit ex parte ipsius iudicis ad suprascriptam petitionem ut ad terminum infrascriptum eis datum per servitorem venirent coram suprascripto iudice ad solvendum et ad satisfaciendum ipsis sotiis de omni eo et toto eo quod dare debent et tenentur ipsis sotiis pro sorte et quarto

et expensis inde factis et faciendis sub penna et banno librarum X tertiorum pro quolibet eorum, et item sub penna ...^c comunibus ut solvere ipsis sotiis pro datio vini et [formenti] ipsis locis, cassinis et molandinis solvant et satisfaciant infra [VIII] dies [proxime] venientes de toto
 5 eo quod dare debent et tenentur ipsis sotiis pro datio vini a dictis kallendis maii proximi citra, et hoc sub penna et banno librarum XXV cuilibet comuni burgorum et librarum X tertiorum cuilibet comuni loci et solidorum C tertiorum cuilibet cassine et [ultra], quod ipsa comunia teneantur ad omnes illas pennas et banna et condemnationes, ad quas et que tenebuntur et tenentur illi debitores secundum formam dicti dati, etcetera. Nomina quorum sunt hec: in primis, etcetera. In plebe de Roxate, in loco Baxiliano: Prevostinus Ferrarius tabernarius libras VI tertiorum, Marlianus de Baxiliano tabernarius libras III tertiorum pro datio vini et libras IIII tertiorum pro datio formenti, Marlianus de Baxiliano et Giapa de Cadonega consules^d. Ad granciam de Mirimondi: Zoya tabernarius libras IIII tertiorum. Item ad granciam de Ticinello: Albertus de Curtemano fornaxerius et tabernarius libras IIII tertiorum..... [Ego Nazarius] de Crogonzolla notarius suprascripti [iudicis subscripsi].
 10
 15

^a requisse in C. ^b Segue parola cancellata. ^c Scrittura dilavata per tre righe, per circa 150 lettere.
^d Così in C.

DCXCII.

20 1296 ottobre 25, giovedì

Alcuni abitanti della pieve di Rosate vengono multati dal comune di Milano per non avere consegnato alla presenza di Scoto de Sancto Zemigniano giudice, assessore e vicario del capitano del popolo quanto dovuto per dazi non pagati sul frumento e sul vino agli incaricati del comune.

25 Copia semplice coeva da copia autentica, con macchie e scrittura dilavata in più punti, di seguito all'atto precedente, in Archivio di Stato in Milano. Fondo relig., Perg., Morimondo, cart. 691, n. 233 (C).

MCCLXXXVI, die iovis XXV die men[sis] octubris. indictione] X. Quoniam [infrascripti] omnes et singuli debentes seu debitores Bellei Crivelli et Iacobi et Iohannis qui dicuntur [Cavaleri] sotiorum habentium datum a comune Mediolani de datio vini et formenti plebium de Roxate et de Parabiago et de Cuvio et de Legniano per hunc annum^a quod incepit in kallendis madii^b proxime preteritis et quod finire debet in kallendis maii proxime venientibus non venerunt coram domino Scoto de Sancto Zemigniano iudice et assessore et vicario domini capitanei populi Mediolani et^b ad solvendum et satisfaciendum ipsis sotiis de omni eo et toto eo quod dare debent et tenentur ipsis sotiis ut [in]fra pro datio vini et formenti et pro quarto et expensis inde factis et faciendis; item quoniam infrascripti consules et officialles et singulares persone infrascriptorum burgorum et locorum et cassinarum in quibus stant et habitant infrascripti debitores non curaverunt et fecerunt cum effectu quod ipsi debitores seu debentes dare et solvere ipsis sotiis pro datio vini et formenti stantes et habitantes in ipsis burgis et locis et cassinis solverint et satisfaciant ipsis sotiis infra octo dies proxime venientes de toto eo quod dare debent seu tenentur ipsis sotiis pro datio vini et formenti a dictis kallendis maii proxime preteritis citra [et pro] quarto et de expensis [factis et faciendis, et hoc secundum quod ipsi debitores et coram consules [et offitiales] infrascriptorum bur-

30
 35
 40

gorum et cassinarum requisiti fuerunt et requisita et eis preceptum fuit ex parte ipsius iudicis ad petitionem ipsorum datiorum et pedagiorum per Paganum de Arconate servitorem comunis Mediolani, a diebus tribus in antea in banno librarum XX pro quolibet ipsorum debitorum et librarum XXV tertiorum cuilibet comuni burgi et librarum [X] tertiorum cuilibet comuni loci et solidorum C [tertiorum] cuilibet cassine et totidem cuilibet consuli burgi et loci et ultra, quod illa omnia burgorum et locorum et cassinarum teneantur pro illis debitoribus ad condempnationes et banna et ad ea ad quas et que tenentur et tenebuntur illi debitores secundum formam predicti dati. Nomina quorum debitorum et consulum infrascriptorum burgorum et locorum et cassinarum et quantitates quas ipsi debitores dare debent sunt hec, etcetera: in plebe de [Roxate], etcetera. Ad granziam de Mirimondo Zoia tabernarius libras VIII tertiorum. Ad granziam de Ticinello Albertus de Curtemano fornaxerius [et] tabernerius libras III, tabernarius libras III, etcetera. Ego Girardus Pinchilinus notarius ad banna pallatii comunis Mediolani die XXII decembris me subscripsi. Item in loco Baxiliano Prevostus Ferrarius tabernarius libras VI, Marlianus de Baxiliano tabernarius libras III pro datio vini et libras III tertiorum pro datio formenti^c, Marlianus de Baxiliano et Giapa de Cadonega, consules^b.

^a annum *manca* in C. ^b *Così* in C. ^c *Segue Marlianus-formenti ripetuto.*

DCXCIII.

1296 novembre 16, venerdì

Francesco de Assaldis giudice e assessore del podestà di Milano affida a Francino Visconti giurisperito la causa vertente tra la chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano e il comune di Vimercate.

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig. Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 56 (B).

Reg.: A. GRECO, *Note storiche ...*, in ACME, 1959, fasc. I-III, p. 98.

MCCLXXXVI, die veneris XVI novembris. Dominus Franciscus de Assaldis iudex et assessor potestatis Mediolani comisit et comittit^a domino Francino Vicecomiti iurisperito questionem vertentem inter dominum prepositum et capitulum ecclesie Sancti Georgii in Palatio, actores, ex una parte, pro quibus fuit Albertus Spitiarius eorum syndicus et procurator, et comune et homines burgi de Vicomercato ex altera parte, ad cognoscendum utrum Churadus filius quondam Iacobi de Cixinusclo debeat admitti ad satisdandum de iudicato solvendo pro predicto comuni et hominibus dicti burgi an non.

Ego Anselminus Bocardus notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno possui.

^a *Segue parola cancellata.*

DCXCIV.

1296 novembre 19, lunedì

5 Alla presenza di Scoto de Sancto Zemigniano giudice e assessore e vicario del capitano del popolo di Milano Gerardino de Concorezio servitore del comune riferisce di essersi recato, su richiesta di alcuni rappresentanti di luoghi della pieve di Locate Triulzi, in Vione per convocare i consoli e i vicini.

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Chiaravalle, cart. 565, n. 700 (B). Copia del principio del sec. XIX in Biblioteca Braidense in Milano, *Mss. Bononi*, AE XV, 31, p. 524, n. 1268 (C).

10 MCCLXXXVI, die lune XVIII die mensis novembris. Coram domino Scoto de Sancto Zemigniano iudice et assessore et vicario domini capitanei populi Mediolani re-
tulit Girardinus de Concorezio servitor comunis Mediolani se ivisse die iovis proxime
preterito, ad petitionem domini Paulli Vicecomitis^a et Guilielmi Panigade^a de loco Bo-
rea et cuiuslibet eorum in solidum et Belini de Vigoredo de loco Vigoredo et^b plebis de
15 Locate et cuiuslibet eorum in solidum, omnes anziani suprascripte plebis, ad locum de
Villono, et in suprascripto loco Villono requisivisse Prandum de Villono^a consulem su-
prascripti loci^a de Villono et omnes consules et vicinos suprascripti loci de Villono; et
dedisse eis et cuilibet eorum terminum die veneris proxime preterita pro esse die lune^a
suprascripto.
20 Ego Gerundinus de Girundis notarius domini capitanei subscripsi.

^a Segue parola cancellata. ^b Così in B; segue cuius cancellato.

DCXCV.

1296 [ante novembre 20]

25 Scoto de Sancto Zeminiano giudice e vicario del capitano del popolo di Milano ordina a Gerardino de Concorezio servitore del comune, su petizione del podestà e degli anziani della pieve di Locate Triulzi, di cui già all'atto precedente, di recarsi in Vione per convocare perentoriamente i rappresentanti del comune in località «Raxirollo» per l'imposizione della tassa sul sale.

30 Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Chiaravalle, cart. 565, n. 700 (B). Copia del principio del sec. XIX in Biblioteca Braidense in Milano, *Mss. Bononi*, AE XV, 31, p. 522, n. 1267 (C).

Il precetto è anteriore al 20 novembre in quanto il *tenor* è riportato nell'atto del 20 novembre.

35 In nomine Domini. Precepit dominus Scotus de Sancto Zeminiano iudex et vicarius domini capitanei populi Mediolani Girardino de Concorezio servitori comunis Mediolani, ad petitionem domini Paulini Vicecomitis potestatis plebis de Locate et Guilielmi Panigade et Bellini de Lombardi^a anzianorum dicte plebis et comunitatis dicte plebis, quatenus vadat ad locum de Villono dicte plebis et dicat et notificet et denuntiet consulibus et officialibus et singularibus personis dicti loci et eos et quemlibet eorum et comune dicti loci peremptorie requirat ut die dominico proximo post nonam tempestive